



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Bonacinæ Vtrivsque Signatvræ Referendarii
Compendium Omnium Operum de Theologia Morali,
omnibusque conscientiæ nodis**

Bonacina, Martino

Coloniæ Agrippinæ

Transactio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41152

Quod si) Nav. l. c. n. 172. Covar. l. c. si sine arte magica inventus sit, nam ita inventus, est fisci, post sententiam, Arrag. q. 66. art. 5. Nav. 171. vid. Mol. l. c. coronam. p. 2. c. 1. in fin. Lopez de contract. l. 1. c. 50. Et si ager) Vio Coron. l. c. n. 21.

Licite emis domum, ubi scis esse thesaurum, nec ideo debes augere ejus pretium. Nav. l. c. n. 175. D. Thom. l. c. Sal. l. c. concl. 5. Mol. d. 56. Sor. Med. l. c. Quidam contra sentiunt, v. Tolet. l. 5. c. 18. P. N. l. 3. c. 2. nu. 61. priorem sententiam dubiam, quam sequitur Arragen. q. 66. art. 1.

A D D I T I O.

Torneamentum.

Mortuus in torneamento, vel hastiludio, quo venerat causa pugnandi, etiamsi poeniteat, privatur Ecclesiastica sepultura, si tamen erant illicita, nam cum sic fiunt, ut non sit probabile mortis periculum, licet. Vid. Mol. d. 111. de torn. c. 1. Syl. vers. torneamentum. Liceat.) Mol. l. c. Nav. cap. 15. n. 9. Victor, relect. de homic. n. 32.

A D D I T I O.

Tortura.

Torqueri non potest minor quatuordecim annis, nec gravida, nec qui est in dignitate, aut nobilis, aut Doctor.

Ad torquendum reum per viam accusationis requiritur semiplena probatio, vel clara indicia legitime probata, per viam inquisitionis, clamorosa insinuatio per testes legitime probata. Salon. quest. 69. art. 2. controv. 9. concl. 1.

A D D I T I O.

Transactio.

Non potest praelatus transigere in causis Ecclesie, sine Capituli consensu. Sylv. eod. vers. col. 1.

AD.